Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

laudat sepe peccator in desiderijs animę suę. et q̃ iniqua gerit benedi
cit. nam nũquã exprobrat iusto in uirtutib̃ animę suę. et q̃ recta gerit
maledicit. paulo attestante q̃ ait. Maledicimur et benedicimur. persecutio
nem patimur et sustinemus. blasphemamur et obsecramus. Si huius infuscationem
blasphemię parui pendendã fidelib̃. immo in hac gaudendũ docet ipse cui
causa puenit dnis dicens. Beati estis cũ maledixerint uob̃ homines. et persecu
tu uos fuerint. et dixerint omne malũ aduersũ uos. et cetera. Quia q̃ sancta ecclesia
intus q̃dem se fidei et uirtutib̃ decorata. sed foris persecutionib̃ adusta cen
testatur restat ostendere unde prima persecutionũ rabie perulerit Sequitur.
Filii matris meę pugnauerunt contra me posuerunt me custodem in uineis. ui
neã meã non custodiui. Vox hec primitiuę ecclesię q̃ ab ipsa synagoga deq̃
carnis originem duxit tribulationũ bella suscepit sicut actus apl̃orum plenissi
me docent. In q̃ sententia primo notandũ. qua merito se sponsa xpi sole deco
lorata asseuerat. q̃ uelut op̃ subdiuale in uinea ipsi excolenda siue cus
todienda agere solebat. Vna aũ erat xpi uinea in hierosolimis. ipsa uide
licet ecclesia primitiua. que die pentecostes idem q̃ nq̃gesima diuinę resurrec
tionis aduentu spiritus sancti dedicata est huius eo tempore custodes ipsi fuerunt apli.
At p̃ quã persecutione facta temporib̃ beati martyris Stephani. dispersi sunt
omnes per regiones iudee et samarie preter aplos. contigit ut plures essent uineę
idem pluribus in locis ecclesię essent xpi. predicantib̃ uerbis eis q̃ fuerunt huc illucq;
dispersi. Diuina q̃ppe agente prouidentia. ipsa dispersio ecclesię hierosolimitanę
occasio fuit plures estruendi ecclesias. Vnde bene q̃d nri codices habent dispersi sunt. in greco dicitur diespargesan id disseminati sunt per regiones iudee et samarie
et paulo p̃. Qui q̃ disseminati sunt ibant euangelizantes uerbũ dei. q̃a numerũ
persecutores iudei uolentes q̃dem ecclesiam disturbabant. sed nolentes seminarium
uerbi latius spargebant. unaq; in hierosolimis ecclesiam persequendo. nolen
tes late multas fieri ecclesias fecerunt. Cũ q̃ dixisset ecclesia primitiua obscura
tã se esse afflictionib̃. eo q̃d filii matris suę id synagoge parricidali
ea odio impugnauerunt. subiecit continuo. quantũ ipsa ex eorun
dem afflictionũ incursib̃ profecerit. addens ex persona eorũ q̃b̃ predicandi
cura cõmissa est Posuerunt me custodem in uineis. uineã meã non custodiui. de
si aperte dicat. Hoc macerbitas persequentiũ cõmodi et utilitatis attulit
ut plurimarũ essem custos uinearũ. ecclesiarũ iudelicet xpi. postquã ui
neã primitiuã id ecclesiam quã in hierosolimis primo radicare et custodire
cepera eorũ turbo dispersit. Non custodisse aũ uineã non ad mentem sed ad lo
cũ referendũ est. Haeq; ab hierosolimis q̃dem tempestate ecclesię portio non minima
persecutionis grã secessit quę tamen totã fidei integritatem fixo in corde